



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 47. Fœdus Cæsaris cum Rege Catholico, Mediolani Duce, & Helvetiis
adversus Gallos

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. ut secretus de Mediolanensi Ducatu articulus aboleretur, proponi intellexerat, A.C. 1515. apertius, quid adversus eum Franciscus agigaret animo, introspectit. Quapropter collatis cum Cæsare consiliis ambo Pontifici exponunt, ventum esse ad novi foederis sanciendo necessitatem, primas eo curas fore intendendas, ut nulla mora validus exercitus in aciem educeretur; omnino enim Gallis iter in Italiam intercludendum. Præterea Ferdinandus ad Henricum VIII. Generum suum Oratorem ablegavit, qui pristinum inter eos foedus innovari curaret. Legatus, quamvis jamjam mense Majo Londinum advenisset, nonnisi tamen ineunte Octobri Legatione sua defungebatur, re infecta discedens, eoquod Angliæ Rex se ab Arragoniæ Rege nonnunquam circumventum fuisse, memoria retineret.

§. XLVII.

*Fœdus Cæsaris cum Rege Catholico,
Mediolani Duce, & Helvetiis
adversus Gallos.*

Igitur Ferdinandus Papam, Helvetios, Cæsaremque ad mutuam armorum societatem sollicitabat. Haud ægre ad suas partes Imperatorem pertrahebat; hic enim, cum quodlibet foedus rebus suis propitium, alienis noxium esse cognosce-
rel,

ret, nullum etiam respuebat. Minus ex-
 peditum erat cum Helvetiis negotium; Sæcul. XVI.
A.C. 1515.
 hujus enim nationis nonnulli adhucdum
 Gallis tavebant, nihilominus de Sedu-
 nensis Cardinalis dexteritate persuasi,
 novum foedus ad arma non modo repel-
 lenda, sed & Gallis inferenda pepige-
 runt, relicto etiam summo Pontifici loco,
 qui tamen, si accedere velit, mentem
 suam infra certum temporis spacium ape-
 riri teneretur. Ferdinandus quoque, cum
 Navarram tueri, potissimum intentus es-
 set, validum exercitum a Fonte Rapido,
 ut Gallos ab invadendis alienis ad sua
 revocaret, in Franciam immittere polli-
 cebatur, & quidem eodem tempore,
 quo interea Helvetii in Burgundiam mo-
 verent; Imperator vero, protracto in Ve-
 ueta ditione bello, eosdem, ne Gallis
 opem ferrent, præpediret. Præterea in-
 ter eos conventum, in singulos menses
 Helvetiis quadraginta aureorum millia
 esse numeranda, Regique Christianissimo,
 nisi cunctis suis in Mediolani Ducatum
 prætensis juribus cederet, nec pacem,
 nec inducias fore indulgendas.

§. XLVIII.

*Prætor Cancellarius pecunias cogere,
 a Francisco I. jussus.*

Interea vero Franciscus I. exequendis
 suis